



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 35. Lainesius Supremus Societatis Moderator ultimo perorans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

nicus Regularis, ac Prevalensis Abbas, qui hanc Calicis petitionem de hæresi suspectam esse pronuntiabat: inde vero tanta inter Patres oriebatur indignatio, ut Mantuanus Cardinalis hujus effati audaciam acriter reprehendere cogeretur, eoquod quæstionem, quæ saperet hæresin, a Papa, & Concilio in consultationem fuisse adductam, asserere ausus fuisset. Verum Abbas inconsultam verborum suorum rationem perpendens, cum interea alius quidam Abbas peroraret, e sede sua surgens sese ad Legatorum pedes abjecit, petitaque venia, coram iisdem, ac Synodi Patribus publice ea, quæ dixit, revocavit: postea vero prolixum quoddam scriptum evulgabat, in quo rationes pro repulsa confirmare, simulque superiora sua dicta explicare conatus est, omnique culpa a Cæsare remota, eandem rejecit in eorum importunitatem, qui Cæsarem impellebant, ut in eo deprecatores agerent: declaravit quoque, quod sententiam suam Patrum judicio subicere vellet.

§. XXXV.

Lainefius supremus Societatis Moderator ultimo perorans.

Denique Pater Lainefius supremus Societatis Præpositus, qui postremus *Pallav. c. 4. n. 2.*
sen-

Sæcul. XVI. sententiam suam edixit, ita perorabat.
A.C. 1562. „Egregium prorsus fructum reportare
 „mihi videor ex eo, quod perceptis
 „Virorum longe doctissimorum senten-
 „tiis posterior loquendi copiam nactus
 „sim; cum non modicam prius lucem
 „ex omnium animadversionibus hauri-
 „rem: observatum autem a me fuit, id
 „accidere Patribus, quod contingere so-
 „let medicis, qui omnes in eo, ut a
 „groto sanitatem restituant, conveniunt,
 „sed dissident in præscribendis ad eam
 „consequendam medicinis: ceteram
 „duas agitari posse quæstiones agno-
 „sco, quarum una quæritur, an delea-
 „tur Constantiensis Concilii Decretum:
 „altera vero inquiritur, an oporteat cali-
 „cem concedere quibusdam nationibus?
 „porro ubi prior agitatur, id a Concilio
 „efficiendum est, perinde ac ab altero
 „Concilio lex fuerat sancita: ubi vero
 „posterior quæstio movetur, usus Cali-
 „cis est concedendus a Romano Pon-
 „tificis, cujus munus est expendere con-
 „ditiones proprias locorum, tempo-
 „rum, atque hominum, quod Antistes
 „Reatinus pariter jam antea notabat.
 „Denique concludebat, quod uterque
 „ritus, sive Calicis usus concederetur, si-
 „ve negaretur, suapte natura, sublatoque
 „Ecclesiæ interdicto, licitus esset, quo-
 „niam variis tempestatibus uterque usus
 fuerat

fuerat executioni datus: proin in Sy-
 nodi potestate relictum dicebat, ratio-
 nes utrinque ita examinare, ut tandem
 vel ad negandum ejusmodi usum, vel
 ad permittendum permoveretur.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1562.

§. XXXVI.

*Aliorum Præfulum sententiæ a Palla-
 vicino non relatae.*

Plures adhuc alii Præfules suam quis-
 que sententiam promebant, ac præ-
 primis Thomas Cafalius Cavenfis Epif-
 copus calicem omnino denegandum
 censuit: Bartholomæus quoque Bracca-
 rensis in Lulitania Episcopus idem ten-
 tiebat, postulans, ut Principum Orato-
 res a deliberationibus abessent, quam
 etiam petitionem inlinuabat Ægydius
 Falceta Caprulanus Antistes, quamvis
 Legati Oratores excludi minime an-
 nuerent, veriti, ne exinde rumor con-
 citaretur. Censuit quoque Conimbri-
 censis Episcopus totum hoc negotium
 ad summum Pontificem esse remitten-
 dum: Bernardinus tamen de Cu-
 pio Auximanus in Marchia Anconita-
 na Episcopus hæc addebat: „ ego exi-
 „stimo, quod calix vel hac, vel alia ra-
 „tione nobis bibendus sit: de cetero au-
 „tem oro Deum, ut saltem ejus rei suc-
 „cessum in christianorum salutem diri-
 „gere velit. „ Econtra Petrus Dane-
 Hist. Eccles. Tom. XLV. T lius

Sarpus l. 6.
 p. 545.